Lettres

Du Roy Jean

Par lesquelles il confirme les Traitez faits par ses Predecesseurs Roys de france avec l'Evesque du Puy Senechaussée de Beaucaire portant entre autres choses que la connoissance et punition des faux monoyeurs apartiendra au Roy et aud. Evesque en Commun.

En avril 1362.

Joannes Dei Gratiâ francorum Rex notum facimus universis tam præsentibus quam futuris nos Litteras Carissimi nostri Domini Regis Philippi Confirmatorias quarumdam aliarum in eisdem insertarum in Cera viridi et

Tresor Reg. 20. non cotté

et filio sericis sigillatas vidisse formam quæ sequitur continentes.

Philippus Dei gratia francorum et Navarræ Rex notum facimus universis tam præsentibus quam futuris quod nos vidimus et inspeximus ac tenuimus et de verbo ad verbum legi cum diligentia fecimus quasdam patentes litteras non rasas non abolitas non cancellatas nec in aliqua parte sui corruptas sigillo magno ceræ viridis inclitæ recordationis carissimi dni genitoris nostri quondam Regis franciæ sigillatas ut apparebat prima facie quarum tenor sequitur de verbo ad verbum in hunc modum

Philippus Dei Gratiâ
francorum Rex notum facimus
universis tam presentibus quam
futuris quod Cum inter gentes nostras
senescalliæ Bellicadri ex una parte
et dilectum et fidelem nostrum
Joannem Aniciensem Episcopum et
predecessores suos et Ecclesiam
Aniciensem ex altera diu esset agitata
materia questionis ex eo videlicet
quod Gentes nostræ dicebant nos
habere in Civitate Aniciensi juris=
=dictionem omnimodam infra claustrum
et Limites Claustri, nec non punitio=
=nem et Correctionem officialium
temporalium ipsius Episcopi et
familiarium Canonicorum ipsius

~~Epiſcopi~~ Ecclesie ad nos ſpectare,
dictumque Epiſcopum non poſſe
ſubditos et vaſſallos ac homines
ſuos juſtitiare de his que a ſua
Curia seu judice ſuo tam predicte
Civitatis quam Castrorum emanabant
ad eum ſeu judicem ſuum appella=
=tionum appellare non poſſe nec
debere cum id Conſiſtorium censeatur,
Et quod ſervientes et Camerarios
aliosque officiales ſuos in ſuis
officiis delinquentes punire non
poterat, et quod Baillivus Vallanie
Et alii Curiales noſtri in Civitate
Avinienſi morari contrahere
continuam poterant, et more magis=
=tratuum ſedere. Dicto Epiſcopo in

Contrarium Conquerente quod gentes nostra in suum et dictæ Ecclesiæ præjudicium sigillum Baillimiæ Vallaniæ in dicta Civitate tenebant, et quod aliqua Feoda acquisierat nobis infra dictum Claustrum super quibus omnibus lis pendebat et plures habiti fuerant processus.

Tandem providâ deliberatione præhabitâ per dictum Episcopum paci et quieti prædictæ Ecclesiæ volentes providere, et in hac parte ipsi Ecclesiæ Consulere adversus ausus temerarios plurium qui jura ipsius Ecclesiæ invadere et usurpare minime verebantur inter gentes nostras et nomine nostro et pro nobis et succes=ssoribus nostris ex parte unâ et

dictum Joannem Episcopum nomine suo et Ecclesiae suae praedictae et pro se et successoribus suis supra dictis omnibus e suis facta Transactio et Conventio Compositio et associatio Concorditer solemniter et generaliter in hunc modum.

Dictus Episcopus pro se et successoribus suis in Ecclesiam praedicta ex Causa hujusmodi Compositionis transactionis et Conventionis nos associavit in dominio dictae Civitatis et ejus Territorii mero et mixto imperio, jurisdictione alta et bassa, et eorum Executione in hominibus et fidelitate eorum in mercaturis nundinis leudis et

pedagiis quaecumque habet vel
habere potest dictus Episcopus et
Ecclesia predicta in dicta Civitate et
infra eamdem &ca.
Ita quod infra dictam Civitatem et
ejus pertinentias jurisdictio omnimoda
falsae monetae ~~jurisdictionis~~ fabricaõnis
ſeu alteriũs abuſus et quorumcumque
aliorum Correctio et punitio ad nos et
ad dictum Episcopum Communiter
pertinebit.

Nos igitur attentis praemissis
hujusmodi transactionem compositio=
=nem Conventionem associationem et
promissionem ac alia omnia et
ſingula ſupradicta prout ab antiquo
usque nunc de hiis usitatum est
volumus laudamus ratificamus et

et approbamus ac tenore præsentium
de gratia ſpeciali ac autoritate nostra
Regia Confirmamus ut ſupra.

Quod ut firmum, &c.ª
ſalvo &c.ª
actum et Datum Pariſiis anno
Domini 1362 menſe Aprilis post
Pascha.

Per Regem ad relationem noſtram
G. Daube.